Quelle: https://manuscripta.at/?ID=832
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



49

Nulli ergo omino liceat hanc paginam nre constitutionis, declarationis, prescriptionis, interdicti, cassationis, revocationis, irritationis, annullationis, exhortationis, reductionis, et mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Quicumque autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctum petrum anno nri Domini millesimo quadringentesimo tricesimo tertio pridie kl. Januarii pontificatus nri anno tertio. Ego Sordanus episcopus Albinensis manu propria ss. – Ego Anthonius tituli sancti Marcelli manu propria ss. Ego Lucidus Cardinalis decanus manu propria ss. Datum in sessione publica ipsius sancte synodi in ecclesia Basiliensi solemniter celebrata nonas februarii anno natiuitatis eiusdem millesimo quadringentesimo tricesimo quarto. Ponente serenissimo dno nro Romanorum imperatore in suis insignibus imperialibus et cum primis principibus Wilhelmo duce Bauarie, Henrico duce Bauarie, Ottone eius filio duce Bauarie, Marchione Brandeburgensi eius filio, Lantgrauio de hassia, Ludwico de wirtenberg, Adolfo, Lantgrauio de luttenberg qui omnes interfuerunt solemni processione et pro eis erant cum nonagintaquinque infulati. Post sessionem omnes vniuersi cantauerunt te deum laudamus et imperator ipse cantauit te.

Sequuntur litterae fol. 40r–44r

Sequitur sessio decima septima celebrata xxiiii die februarii

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis, ac dilectus filius Nicolaus tituli sancte crucis in Jerusalem presbyter, iuniorem sancti Angeli diaconus, et Simon de Crucis archiepiscopus Rhodensis, ac nobiles Johannes Archiepiscopus Tarentinus, et petrus episcopus paduanus, ac dilectus filius Ludouicus Allouis sancte Sophie paduanus tantum admittit in presidentes in hac sacra generali nomine vice et loco dictissimi dni Eugenii pape quibus eiusdem in hac scripta mandatis et clausulis plenissime roboratis et effectum omnium huiusmodi videlicet sine vlla iurisdictionis iactura, salvo tamen modo procedendi in hac sacra synodo hactenus observato, presertim quoad ordinationem huiusmodi sacri concilii, quemadmodum sunt quinque deputationes sicut fuit nuper quas omnes decretalis distribuat equaliter quibus fieri poterit. Ordinauit etiam quod preter sessiones huiusmodi ordinaria est congregatio generalis non possit fieri alia nisi fuerit conclusum prius per deputationes admissas, et hoc intimet ipse presidentibus vel alteri eorum qui poterit concludere, et si non fecerint vna deputationibus omnibus vel vna quadeputationibus quinque sint post conclusa, et omnes decretalis veniat ad congregationem. Illas si non fuerit conclusum per tres deputationes nullus ad eam congregationem eundem. Et quidquid ibi factum fuerit nullius sit roboris. Et idem de sessione. Et quod licet congregationes hiis generalibus quibus deputationes primus inter presidentes eidem patres et alios vel alios eorum absentibus concludat nisi ordinationes fieri. Tamen, quod si nollit